

## **De gustibus fuit disputandum!**



**Ad mensam cum poetis “futuristis” cum receptis miris  
“in omni sensu”!**

**In eorum inventione omnium formarum expressionis, a litteris ad musicam, a pictura ad gastronomiam, Italici poetae artificesque, quibus nomen “futuristae” datur, recepta extravagantia creaverunt , interdum acria et “mordacia” in omni sensu.**

**Specta ut credas mirabilia exempla!**

## Fraga an mammellae?




Duae mammae e caseo molli, vino rosato coloratae, cum papillis e  
fragis; aliae fragae sub caseo pro virili sagacitate.

Carota + bracae= magister



Carota cruda in positione recta, duo melongena (ut bracae)  
dentiscalpiis alligata. Est magister proximus vacationi cum foliis  
viridibus in capite ut symbolum spei et futurae felicitatis.



**Aliquot receptae sunt clarae allusiones ad res gestas victoriosas,  
in Africa et Graecia, sine heroismo at cum insano nationalismō:**

**AEREUS VELIVOLUS LYBICUS**



**Castaneae saccharo litae, immersae per duo minuta in aqua  
rosae et postea per tria minuta in lacte cum ovis.  
Ponite insuper mixturam velivoli forma, in qua insunt mala,  
musae, pisa et caryotae. Ad victorias celebrandas, in cibis**

**exoticis quoque laete gustandis!**



**Alia autem sunt gustosae sinesthesiae, sensuum triumphi ad varias illecebras:**



**In magna patina lacte frigido plena, immergendi sunt cum melle rubrae radiculae et acini uvae nigrae.**

**Omnia edenda sunt dum viridis vel rubra “dislux” (id est lux**

**oxymorice obscura) illuminat scutam.**



**Simul bibenda “polybibita” (Anglicum verbum “cocktail” vetitum  
erat in “autarchia” Fascisti regiminis), aquae mineralis, suci  
ruborum et cervigiae.**



**Receptum “obscenum” polybibita, cui nomen erat: VIR-MULIER-  
MEDIA NOX, cum cepae anulo trafixo herbae selvaticae stelo!**



**Celebratio quaedam fascisti regiminis, secundum propagandam  
typicam et cum symbolis Romani imperii, est denique hoc  
receptum, quod constat precipue e carnibus variis.**

**Cibus “veri Italici viri”, ad dandum militibus futuris vigorem  
infinitum!**




**Colores Italici vexilli in hac compositione culinaria vel picta vel parata cibis variis (lycopersico, basylico et caseo). Edenda an, ut pictura, miranda?**



**Plures cales apii vel cardi iam cocti in aqua ad formandum cylindrum in cupola ex oryza cum dimidio citri.**

**Cylindrus est emplendus carne trita cum oleo, sale et pipere. In cupola oryzae, ut stellae distribuiti: cucumer, particulae betae et Musae.**






**Ius lycopersici fit, in hac capsa, “amoris extractum”!**



**Patina forma spiralis, ad indicandam velocitatem spatialem**



**Contra, laganae e tritico vetantur quippe quae reddant viros lentoſ et imbelles.**



**Similiter cibi et mores Americani, quibus interdum nomen mutabatur (exempli causa, “sandwich” fit “inter duo”; “picnic” mutatur in “prandium in sole”; “bar”, ex Anglico “Sbar”, in “Hic bibitur”- polybibitas, non “cocktail”!).**

**Ad brundisio concludendum, “Diabolus in saio nigro” (satyra contra hypocritas viros Ecclesiae), cum suco aurei citri, ovi cocti vitello, omnia colorata socolata fundente.**



**Est vera poiesis? Convivis ardua sententia!**

